

Regiam non requiri acceptationem confessionis ex-
tra iudicialis. Faciunt etiam, quae late tradit Roderic.
Suarez in repetitene l. quoniam in prioribus, & quasi princ.
num. 1. & sequentibus fol. 216. C. de in officio testamento. ¶ Et fin
remissione iniuriae facta parte absente, quod hodie at-
tentata d. l. Regia non requiratur acceptatio, tenet Ia-
cobus de Villapand. in l. 22. tit. 1. par. 7. §. 90. nu. 12. fol. 170.
Et quomodo prima opinio verior & communior videat-
ur in nostro casu, minime potest habere locum; Quā-
doquidem donatarii erant, suntque minores, carentes
etate, iudicio atque discretionē ad acceptandum praed.
donationem sibi factam, nec tunc habebant tutorem,
siveque nemo tunc temporis erat, qui pro eis acceptare
posset, nec ipsi poterant; Quamobrem favore ipsorum
dicendum est, reuocari non posse praed. donationem;
& hoc casu saluari posse opinionem illorum qui tenent,
hodie reuocari minime posse donationem factam ab-
senti, etiam ante acceptationem. ¶ Praemaxime & secū-
tenti, hoc sine veri iudicio, quod acceptatio in

& posthum. nu. 113. tradit late plures referens D. Antoni
de Padilla, in l. eam, quam, n. 10. & sequentibus, C. de fideicom.
Et in terminis per d. l. iubemus, quod donatio facta in-
fanti, etiam absenti, non eget ipsius consensu nec ac-
ceptatione, sed quod statim ei acquiratur irrevocabili-
ter, tenet D. Molina de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. nu.
75. fol. 136. vbi refert Decium idem tenentem consil. 245.
num. 3.

Hac causa fuit decisa hic Placentia per iudicem or-
dinarium in fauorem praedict. minorum, & in Regali
Cancellaria Pinciana, in prima visionis sententia fuit reuo-
cata in totum sententia iudicis Placentini. In secundo
vero & ultimo gradu reuisionis fuit confirmata prior
sententia Placentina in totum, & reuocata prima Pin-
ciana, propter traditionem instrumenti donationis fa-
ctam ano. vt fuit mihi postea nuntiatum, hac ratione
motos fuisse dominos illos, quamuis instrumentum,
quo fides fecit tabellio dictae traditionis, carebat testi-
bus, prout fuit oppositum a parte aduersa, nihilominus
iudices stando veritati protulerunt d. vltimam

SVM M A R I A.

Instrumentum signatum d. donationis aut supra d. co-
rundem minorum, prius quam reuocatur d. donatio
vt constat ex alio instrumento eiusdem tabellionis, co-
quo tamen facit tradidisse d. ano nomine suorum ne-
potum instrumentum signatum d. donationis, ante q.
ea reuocatur, & quod ipse anus id accepit praed. no-
mine. Donatarius per ea rogauerat tabellionem in iplo
instrumento donationis, vt illis traderet id in signum
possessionis, & constituit se possidere nomine ipsorum;
traditione autem instrumenti donationis transfertur
possessio, & donatio irrevocabilis fit, vt in l. C. de dona-
tum materia l. d. tit. 30. par. 3. Anton. Gom. in l. 45. Taur.
nu. 50. & sequentibus, vt quae ad num. 60. ex clausula l. 7. & 44.
Taur. & ibi scribentes, vnus autem est coniuncta perso-
na nepotum & coniuncta, quae sit legitimus administra-
tor, vt tutor vel pater, vel alius admittitur, etiam in iis
quae de iure requirunt speciale mandatum, vt tradit a-
lios allegans Bertachio. in suo egeror. in verb. coniuncta
persona, vers. 10. ¶ Et quamuis idem ibidem vers. 31. dicat,
quod si coniuncta persona recipiens donationem pro
coniuncta, non acquirit ei dominium sine ratiuabitio-
ne, non ideo permittit posse ante reuocari, imo non
potest colligitur expresse ex Innocentio in cap. acce-
ptatio de preben. quem ipse Bertachio allegat, & ex Syl-
uestro in sua summa, per bo. beneficium, in secunda num. 3. lo-
quentibus in beneficio absentis prouiso, vt non possit
absq; ipsius voluntate alteri conferri.
7. Tertio, quia cessantibus supra dictis, quae vere non
cessant, vnus ex his minoribus donatariis nondum ha-
bet septem suae aetatis annos, vt probatu ex libris in pro-
cessu, testibus & libro Baptismi; donatio autem facta
infanti, etiam absenti, non eget ipsius consensu nec ac-
ceptatione, sed statim ei acquiratur irrevocabiliter, per
tex. in l. iubemus, C. de emancip. liber. in vers. nisi infantes, i-
ta ponderando eum. Quia dictus versiculus venit limita-
tione ad praecedentia, in quibus agit de liberalita-
te collata in absentes maiores d. aetate, & concluditur va-
lere, si tamen ipsi vel tunc vel postea consentiant, vt
constat ex tex. ibi vel absentes, & ibi, & persona, in quas ta-
lis liberalitas collata sit, & ibi, si tamen, &c. quae omnia li-
mitat dict. versiculus finalis, nisi infantes sint, qui & sine
consensu praed. beneficium & liberalitatem acquirunt
Ergo sine acceptatione, quae in maioribus requireba-
tur per textum illum in praecedentibus. ¶ Pro quo fa-
cit, quia legitimo infantis facta Principis auctorita-
te, non eget ipsius consensu, nec postea ratificatione i-
psum infantis. Ita sentit Bar. in d. l. snu. in fine, ff. de bis,
qui sum sui vel alien. iur. cuius opin. dicit communem
Emanuel Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de lib.

- 1. In casibus, in quibus lex deficit, non est utilis actio danda.
- 2. Vbi deficit verba legis, deficit et ipsius dispositio.
- 3. Id procedit, etiam si vnum verbum minimum deficit.
- 4. Verba legis inspicienda sunt, nec ultra ipsius dispositio-
nem trahenda est lex.
- 5. Interpretari non possumus constitutionem in id dispo-
nere, quod non loquitur.
- 6. Quando lex vnum disponit, & alterum praesupponit ad
vnum, in habeat locum dispositum, debet verificari praesuppositum.
- 7. In re propria quilibet est moderator & arbiter.
- 8. L. 22. tit. 7. lib. 7. Nona Recopil. Regia, est dispositio no-
ua & exorbitans.
- 9. L. 1. cap. 4. tit. 14. lib. 3. eiusdem Recop. Reg. quo casu lo-
quatur, siem & l. 6. tit. 2. lib. 7.
- 10. Consuetudo, si est antiqua, terminos vel pastus publicos
colendi vel altro modo ex finendi, seruanda est.
- 11. Virginitas vel castitas corrupta restitui non potest.
- 12. Terra illa dicitur inculta & non rumpia, quam memoria
hominum non existat fuisse rumpiam.
- 13. Locum desertus dicitur ille, qui non habitatus penitus nec
cultus unquam fuit.
- 14. Ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non
potest dici de nouo rumpi & coli in altera parte ipsius
fundus.
- 15. L. Sylua cedua, 30 in ordine vers. noualis, ff. de verb. si-
gnif. intelligitur.
- 16. Res prohibita alienari, si semel alienetur & exeat a fa-
milia, per petuo remanet alienabilis.
- 17. Res patrimonii, quae semel ab ea exiit, non potest extra-
tori a consanguineis in posterum.
- 18. Ius semel radi carum, amplius per di non potest per super-
uenientiam alicuius nouari.
- 19. Id, quod nobis a lege conceditur pro conseruatione iuris
quasi, non est ius sua facultas.
- 20. Ea, quae consunt in facultate alicuius, non sunt prescri-
ptibilia, nec per non usum amittuntur.
- 21. Facultas actum faciendi nec per mille annos amitti-
tur.
- 22. In actibus negatiuis necessaria est prohibitio ad prescri-
bendam, quia in eis non incipit prescriptio, nisi a tem-
pore prohibitionis & patientiae.

CONSILIVM XXI.

Illustris Domine, dignetur Dominatio Vestra in lite
vertente inter dominam Agnetem & colortes reos,
& con-

& Concilium, quod vulgo, de la Mesta, appellatur, a-
storem, in decisione praed. litis sequentia aduertere in
fauorem D. Agnetis & consortium.

Lis hac veratur super ruptura defenda de Paiares d.
D. Agnetis & consortium. Nam ob id quidam iudex
Regius, appellatus Alden entregador de la Mesta, pro-
cessit aduersus rusticos rumpentes & seretes in ea, eol-
que cōdemnavit certis quibusdam poenis pecuniariis,
quas per exsequutionem exegit ab eis: iussitque praer-
tere, ne in posterum iterum praed. defensam rumpere-
t, nec excoleret sub aliis grauioribus poenis. A quibus
sententiis & exsequutionibus exstitit legitime appella-
tum pro parte d. D. Agnetis & consortium, atque ru-
sticorum ad Regiam hanc cācellariam. Quae causa est
conclusa atque viva in primo gradu. Supplicaturque a
praedictis appellatibus, vt praed. sententia reuocetur,
in superque vt declaretur posse rumpi & excoli post-
hac praed. defensam libere & impune, cum non sit de
prohibitis rumpi per leges huius Regni, rursumque vt o-
mnibus huiusmodi rumpi ante praescriptionem dictae

colli & prohiberi non potuit per dict. iudicem. ¶ Quia
de iure & communi in re propria quilibet est modera-
tor & arbiter, & potest ad libitum disponere, ex l. in re
mandata, C. mand. cum vulgar. tex. in l. nemo exterius, C. de
iud. Socin. consil. 53. nu. 8. vol. 1. & consil. 110. col. 2. vol. 3. Rolan.
a Valle consil. 62. nu. 13. lib. 1.

Et alia lex & non erat ante dict. l. 22. quae prohiberet
rumpere proprios fundos, vt ex d. l. 22. constat, quia est
dispositio noua & exorbitans. Praecipue, in quantum
praecipit. Que se guarden los contratos, y arrendamientos
que estuieren en fechos de las tales deheas hasta el dia de la da-
ta de la dicha ley para la uor, o para pasto, y la uor siendo ante
esformano publico, y no auendo fraude en ellos. Vnde ex-
presse colligitur, quod si esset alia lex prior, quae prohi-
beret idem, non preceperet hac l. 22. seruari contractus
& locationes factas ante datam d. l. 22. & intra tempus
suae prohibitionis.

Ex quo & inferitur, quod cum dispositio dict. l. 22. sit
noua, & l. 1. cap. 4. tit. 14. De los Alcaldes entregadores,
lib. 2. Nove compilat. Res non loquitur in fundis suis de

- 1. Hocque ex sequentibus fundatur. Primo, quia pro-
hibitio l. 22. tit. 7. lib. 7. Nona Recop. Regia, quae mouit
dict. iudicem, non comprehendit hanc defensam, de qua
agitur, eo quod, vt in processu optime probatum ex-
stitit, fuit rupta & excolta multis retro annis ante temp-
dict. prohibitionis Regiae itaque dict. l. de hac defensa
siue fundo non loquitur, sed in nouiter ruptis post an-
num siue tempus iux prohibitionis.
- 2. Et in casibus, in quibus lex deficit, non est nec vti-
lis actio danda, vt in l. si vero, §. de iura, & ibi Doctores, ff.
solutio mar.
- 3. Et vbi & deficit verba legis, deficit eius dispositio,
l. 4. §. toties, ff. de damn. inf. l. 1. §. loquitur, ff. de aqua qua-
tid. & alibi. Et hac est regula communis per d. s. toties,
& alia iura idem probantia, vt deducit Decius consil. 591.
num. 2.
- 4. Idque & procedit, etiam si vnum verbum minimum
deficiat, secundum Bald. Fulg. & alios in l. emancipia, C.
de seru. fugi. ¶ Nam & verba legis inspicienda sunt, nec
vltra ipsius dispositionem trahenda est lex, secundum
Bald. consil. 223. incipiens ad euidenciam praemittendum est,
vol. 3. & consil. 101. incipiens super primo, col. 1. vol. 4.
- 5. Nec possumus & interpretari constitutionem in id
disponere, quod non loquitur, secundum eundem Bald.
consil. 447. incipiens ad euidenciam praemittendum est, quod dicitur
col. 1. vers. sed secundum, nu. 7. vol. 3.
- 6. Praeterea & probatur pars ex gloss. singulari in d. leg. si
mancipium verbi nancandum, C. de seru. fugi. Ex qua colligunt
Doctores, quod quando lex vnum praesupponit,
& alterum disponit, si non verificetur praesuppositum,
dispositio locum non habet. Quam glossam ultra ordi-
narios ibi singulatim & vnica in hoc appellat Ro-
man. singul. 43. incipiens statuum puniens, & eam commen-
dat Philib. Dec. consil. 20. num. 2. & consil. 233. num. 6. &
consil. 206. num. 8. & 311. num. 4. & 340. numero secundo,
& 391. num. 4. & 443. num. 15. & 16. & Carol. Ruin. con-
sil. 17. num. 3. volum. 5. & illam gloss. recipiunt omnes, vt
testatur Menochius de recuperan. poss. in q. remed. nu. 161.
Sed dict. l. 22. praesupponit, Quae las deheas non se ayar-
rompido antes del tiempo de su prohibicion: y dispone que e-
stas no se puedan romper de alli adelante. Et ita vt locum
habeat ipsius dispositio, debet verificari praesuppositum,
quod est, ruptas fuisse post tempus dict. prohibi-
tionis, & non prius. Hoc autem defuit in presenti fun-
do, de quo agitur, quia probatum est plenissime, ru-
ptum fuisse multis retro annis ante tempus prohibi-
tionis: & ita non comprehenditur sub praedict. Regia
neque in sua prohibitione atque dispositione. Quod si
non comprehenditur sub ea, potuit iure optimo ex-

terminari in fauorem appellantis. Quia
notoriam hominum Regiorum, quae quouique venit dif-
positio d. l. 22. quilibet poterat colere, & colendos dare
propriis fundos ad libitum, & post dict. d. collatur fun-
dis rupta. ¶ Et idem & respondetur ad l. 6. tit. 7. lib.
7. noua compilationis Regiae, scilicet, quod non loquitur
in fundis dominorum priuatorum, sed in ruptis pu-
blicis & terminorum publicorum, in quibus adhuc
seruanda foret consuetudo antiqua, si ea esset colendi il-
los vel alio modo eis fruendi, vt in terminis tradit & p-
bat Petrus Auenda. in prima parte, c. 4. par. nu. 9. vers. alia
partem, vbi refert ex Cassaneo, talem consuetudinem
esse seruandam, & quod aliter iniuste fieret. Non ob-
stat obiectio concilii de la Mesta, scilicet, quod ob ob-
solationem culturae in d. defensa per tempus decem an-
norum reuocata est ad suam naturam, ac si non fuisset
rupta, praecipit, quia in ea palli sunt pecudae de Mestas
& sic vult inducere praescriptionem culturae, nam huius
pluribus modis respondetur,

Primo, quia d. l. 22. eo tantum casu loquitur, quo de-
fense non fuerunt ruptae ante tempus iux prohibitio-
nis, sed postea, & quae semel fuit rupta ante praed. tem-
pus, remaneat perpetuo rupta, & non potest dici de nouo
rumpi, etiam si postea rumpatur, nec reuertatur ad suam
naturam integritatis; Quandoquidem constat de ipsius
ruptione & non potest deducere esse rupta, argumento gl.
in l. vnica, C. de capi. virgini, ubi, & est iux tex. ibi, ma-
xime, cum virginitas vel castitas corrupta restitui non
possit. ¶ Et praeterea de iure illa terra dicitur esse incul-
ta, & non rumpia, quam memoria hominum non existat
ruptam fuisse, vt est iux. expressus in cap. 6. in cap. quad-
per nonale, & ibi gloss. de verb. signific. in cap. fin. de priui-
leg. licet & locus desertus dicitur ille, qui non habita-
tus penitus nec cultus vnquam fuerit, vt in cap. 5. de
verb. signific. lib. 6. vbi gloss. penitus inquit, quia non est
memoria, quod habitatus vel cultus fuerit. Quo fit, vt
cum in nostro casu sit pluribus testibus deponentibus
de affirmatiue probatum, praedict. defensam semel ite-
rum fuisse ruptam ante tempus prohibitionis d. l. 22.
semper iudicari debet pro rupta & culta, etiam si ab qui-
bus annis requiesceret a cultura. ¶ Quod tadeo verum

est, vt ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non potest dici rumpi nec de nouo coli in altera parte inculta ipsius fundi, secundum Abb. in terminis consil. 71. num. 2. vol. 1.

15 Et si Sylua cedua 30. in ordine, in versicul. notalis ff. de verb. signif. non loquitur in hoc casu, nec in terra rupta & culta, sed in ea, quae est preparata ad rumpendum & colendum, vt contingit, quando se voca, y desmonte, o se quem a el pasto para el dicho efecto: vt significant verba illa legis, terra praeparata, id est, antequam aretur, vt proinde melius fructificet, vt ibi in quit gloss. verb. casa, & probatur ex eodem tex. in versicul. sequenti, ibi integra autem est, in quam nondum dominus pascebat, gratia pecui immisit. Et hoc significat verbum, praecido, vnde deducitur verbum praecisa dicit. tex. scilicet, Cortarantes, vt per Anton. Nebiffen in suo dictionario Latino ver. praecido.

16 Probatur etiam haec responsio argumento a fortiori per tex. in l. pater filium, §. quidem, ff. de legat. 3. vbi res prohibita alienari, si semel alienetur & exeat a familia, perpetuo remanet alienabilis, & eodem modo

17 res patrimonii, si quae semel ab eo exiit, non potest extrahi a consanguineis in posterum, iuxta late tradita per Tiraquez. de reeractu Imagin. §. 1. gl. 9. nu. 159. & Anton. Gomez. in l. 40. Tauri, nu. 3. in fine, & in l. 70. num. 24.

18 Quoniam si semel ius radicatum amplius perdi non potest per superuenientiam alicuius nouitatis, ex doctrina Bal. in c. 1. de eo, qui pro se & hered. suis, in vrb. feud. relata per Suar. allegat. 27.

Secundo respondetur suprad. obiectioni, quod ex cultura vna, & pluribus factis d. defensionem ante tempus prohibitionis d. l. 22. remansit permiffum, vt in posterum possit coli, quotiescunque dominus d. fundi vel

19 lenti, itaq; si remansit in libera & mera facultate dominorum id facere posse, quoniam id, quod nobis a lege conceditur pro conseruatione iuris quaeriti, non est ius, sed facultas, vt in d. l. in re mandata, C. mandat. & in l. si constitutus, §. si maritus, ff. solui. matr. & est doctrina Bar. in l. ff. de condit. ex l. quam sequitur Ripa in l. quo minus, nu. 98. ff. de sum. & ea, si quae consistunt in facultate alicuius, non sunt praescripibilia, nec per non vsum amittuntur, vt in l. viam publicam, ff. de via pub. l. Proculus, ff. de damn. infect. l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou.

20 l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou. l. si in mo fundo, ff. de aqu. plu. arcend. tradit late D. Cou.

21 in regul. possessor. secunda parte, §. 4. nu. 6. Neque per mille annos amittitur facultas actum faciendi, vt tradit Roch. de Curt. de consuec. sectione 4. nu. 76. & 77. fol. 65. in paruis, Aym. Craxet. de antiquit. tempor. quarta parte prin. in cap. incipienti, materia ista nu. 98. & 99. fol. 217. in paruis, vbi plura refert, quae in propositum conducunt. Maxime, quia si domini huius fundi aliquibus annis desierunt colere d. defensionem, fuit, quia terra erat lassata, & vt requiesceret, & in posterum melius fructificaret, vt fieri solet & decet: nec praed. concilium de la Mesa, aliquam possessionem habet, nec habere potest, vt amplius non colatur d. defensa per supra dict.

22 Tertio, si quia dato sed non concessio quod postquam d. defensa coli desinit, in ea palceretur pecus de la Mesa, hoc non sufficiebat ad acquirendam possessionem, ad praescribendam culturam, nec, vt praedict. fundus ad solum pastum reduceretur, quia hic est actus negatiuus: & in actibus negatiuis est necessaria prohibitio ad praescribendum, quia in eis non incipit praescriptio, nisi a tempore prohibitionis & patientiae partis aduersae, hoc est, a tempore, quo praed. prohibitioni acquiescat pars, contra quam induci vult praescriptio, vt in l. qui luminibus, & in gloss. ff. de seru. vrb. praed. & in l. C. de seru. & aqua, vbi Doctores praecipue D. Anton. de Padilla, num. 14. & communem testatur D. Couar. in d. §. 4. nu. 6. versicul. huic sano obiectioni. Et in nostro casu nunquam intercessit prohibitio aliqua ne coleretur dict. defensa pro parte dict. concilii de la Mesa, cum vellent domi-

ni ipsius eam colere, nec ipsi confererunt alicui prohibitioni, quam doquidem nulla facta fuerit, & nunc, quod prohibetur, reclamant & contradicunt, & super hoc verfatur praesens litis.

Vltimo considerari oportet, quod dictus iudex minime potuit aliqua poena plectere praedictos rusticos, qui colerunt praed. defensionem, etiam si praed. cessarent, prout non cessant, quoniam iuxta instructionem datam praed. iudici a Summo Consilio Regali, quae est in processu, non potest condemnare in aliquo rumpentes defensas prohibitas, ante datam d. instructionem, sed tantum eos, qui postea ruperunt defensionem prohibitam rumpi. Et hi rustici non ruperunt defensionem prohibitam rumpi, nec post datam d. instructionem, & ita nullo modo in aliquam poenam incurrerunt. Et hoc est nostrum iudicium salua Dominationis Vestrae Illustris correctione D. Ioan. Gutierrez, subscripsit se huic consilio D. de Azevedo. Haec iuris allegatio fuit tradita dominis Regis iudicibus Regiae Cancellariae Vallisoletanae, qui quidem protulerunt sententiam diffinitiuam in causa in omnibus & per omnia, iuxta hanc allegationem. Deo gratias. Postea fuit supplicatum a praed. sententia pro parte concilii de la Mesa, & in gradu reuisionis fuit in totum confirmata & data exequutoria super dictis duabus sententiis conformibus reuocatoriis prima.

SUMMARI A.

- 1 Damnum vel periculum rei dotalis inestimatae ad mulierem pertinet, non vero ad maritum: nisi culpa mariti etiam leuissima damnum prouenerit, vt in nu. 2.
- 2 Hoc procedit, etiam si res estimata in dotem detur, ea tamen estimatione, qua emtionem non faciat.
- 3 Estimatio rei dotalis facit emtionem. Damnum vel incommodum dotis estimatae ea estimatione, qua facit emtionem, pertinet ad maritum, non vero ad uxorem.
- 4 Estimatio rerum dotalium tunc demum facit emtionem, quando estimatio fuit facta statim tempore traditionis, aut tempore, quo dos constituitur, vel paulo post, secus si postea.
- 5 Contractus alienationis a lege prohibitus iuramento non confirmatur, sed contrarium, & nu. 18.
- 6 Iuramentum non firmat contractum inualidum, nec validum reuocabiliter firmat, vt reuocabiliter, sed simpliciter iuramentum tantum est seruandum, secundum opinionem Porcii & aliorum, sed contra nu. 18. & 19. cum communi, & nu. 8. & 9. effectus, qui ex opinione supra d. sequuntur.
- 7 Metus reuentionalis simul cum enormi lesione sufficit ad rescissionem contractus.
- 8 Mulier decepta in estimatione dotis succurritur.
- 9 Mulier vendens simul cum marito rem vel fundum dotalem inestimatum doti traditum, & iurans alienationem in forma sufficienti, siue ipsius heredes, non possunt postea saluo matrimonio petere aliquid amplius, quam pretium conuentum in illa alienatione iurata, etiam si res alienata tempore soluti matrimonii plus valeat, & num. sequentibus. Quod si tempore alienationis minus valebat, adhuc soluendum est pretium consentium, vt in nu. 16.
- 10 Pretium in doti succedit loco rei.
- 11 Res emta ex pecunia dotalis cum consensu uxoris efficitur dotalis.
- 12 Venditibus marito & uxore simul cum iuramento rem dotalem inestimatae, etiam si ambo consueant recepisse pretium, nihilominus mulier postea soluto matrimonio potest petere a marito, vel eius heredibus totum pretium, quia ad eum praesumitur peruenisse, vt experientia docet.

17 Ratione dubii euentum reputari in sum pretium debet, quod tempore alienationis reputatur iustum, etiam si postea aliud succedat.

18 Iuramentum habet vim duplicis consensu.

19 Cap. quomodo pactum, vbi iuramento firmatum, de pactis in 6. intellectus.

20 Actus agentium non operantur ultra intentionem eorum primitiuam, vel secundariam.

21 Iuramentum super facto in alienatione rei propria extenditur ad omne ius dependens ab illo facto, super quo iuratur, & c.

22 Donatio inter virum & uxorem, ex qua maritus non est factus locupletior, non censetur prohibita a iure.

23 Donatio inter virum & uxorem iuramento confirmatur, secundum veritatem & receptissimam sententiam.

24 Donatio inter virum & uxorem ad hoc, vt morte donatoris confirmetur, requiritur traditio, & nu. 26.

25 Iure succorsum, ff. de iure dotium, intellectus: & numer. seqq.

26 Speciale est in causa dotis, & inter coniuges, vt minor lesio, quam dimidia, sufficiat.

27 Verba circumuentus & circumuentus, aliquando significant lesionem re ipsa absque dolo.

28 Valor rei ad sciendum, an lesio interuenierit, necne, tantum consideratur tempore contractus, non vero ulteriori.

29 Specialis renuntiatio, etiam non iurata, tollit remedium l. 2. C. de rescind. vendit. idem operatur iuramentum maioris 25. ann. non tantum speciale, sed etiam generale, de non veniendo aduersus contractum, venditionis.

CONSILIVM XXII.

IN Nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Casus praesentis consultationis est: Maritus quidam simul cum uxore, vendidit rem immobilem in dotem datam inestimatae pro certo quodam eodemque iusto pretio tempore traditionis, in super & mulier iurans solemniter, venditionem renuntiando in re illa bonis dotilib. & eorum hypotheca atque privilegio, postea cursu temporis res illa penes motorem creuit in valore, dubitatur; An postea soluto matrimonio vxor vel ipsius heredes possint iure optimo a marito vel ipsius heredibus, nomine dotis ultra praed. pretium petere valorem, siue id, quod interest illius augmenti intrinseci rei dotalis venditae, quod ipsa haberet in re ipsa, si venditio non fuisset, vel ei satisfiat per maritum & eius heredes, soluendo tantum illud pretium, quod maritus recepit ex venditione dict. rei?

1 Primo videtur tradendum, quod vxori ipsiusq; heredibus vtrumq; soluendum sit & pretium & interesse augmenti: nam augmentum siue diminutio, damnum vel periculum rei dotalis inestimatae ad mulierem pertinet, non vero ad maritum: est in l. plerumque in princip. vers. quoties ff. de iure dot. expressa l. 18. vers. mas si apreceda

2 in. in par. 4. Quod procedit, etiam si res estimata in dotem detur, ea tamen estimatione, qua emtionem non faciat, praeterquam si culpa mariti, etiam leuissima, damnum prouenerit, vt in dict. iuribus probatur, & in l. 9. tit. 1. part. 4. tradit Couar. in pract. quest. capit. 28. num. 4.

Ergo cum praed. res ab initio in dotem fuerit data inestimata, merito, quod ipsius augmentum ad vxorem ipsiusq; heredes pertineat, vt in dictis iuribus, praecipue in d. l. Regia 18. vbi, En qualquier tiempo que venga, scilicet, el danno, o el pro. Et quomodo ratione proprii consensu iurati excludatur mulier a petitione suae rei propriae, cum augmento, poterit tamen petere valorem siue interesse ipsius incrementi intrinseci ab heredibus viri. Nec obstabit, quod estimatio rei dotalis faciat emtionem, vt in l. quoties, & ibi Doct. C. de iur. dotal. l. ex

conuentione, & ibi Doct. C. de pact. l. 1. tit. 1. p. 5. latissime per D. Cou. vbi sup. c. 28. pract. per totum.

At vero si commodum & incommodum dotis estimatae ea estimatione, qua fecit emtionem, pertinet ad maritum non vero ad vxorem, vt in leg. cum dos em, C. de iur. dot. & in d. l. plerumque, §. sed si ante, & in d. l. 18. in prin. sed in venditione praed. iurata, quam fecerunt vir & vxor, fuit estimata d. res dotalis certo pretio, imo ipso vendita; Augmentum autem igitur postea causatum pertinet ad maritum, & ipsius nomine ad emtorē, non vero ad vxorem, neque ipsius heredes, nec respectu eius, quod interest contra maritum. Nam respondeo, quod tunc demum estimatio rerum dotalium emtionem facit, quado fit statim tempore traditionis, aut tempore, quo dos constituitur, vel paulo post; secus autem erit, vbi semel doctē tradita & constituta, ex intervallo postea matrimonio constante fit estimatio. Haec enim non facit emtionem, cum non sit verosimile, contractantes per nouationem a prioris contractus lege discessisse: & praeterea nec donatio fieri possit inter virum & vxorem. Ita tenent Bald. & ceteri scribentes ex d. l. ex conuentione, sequitur plures alios referens Couarr. vbi supra. num. 10. col. penult. versic. 11. Praeterea estimatio & constitutio pretii in proposito fuit facta respectu tertii, hoc est, emtoris, non vero eo animo, vt cum marito emtionem inducerent, actusque agentium non debet ultra eorum intentionem operari, vt in l. non omnibus, ff. si cert. peti.

Secundo si & principaliter haec pars probatur: quia quotiescunque contractus alienationis a lege est prohibitus; tunc iuramento non confirmatur, argumento l. non dubium, C. de legib. & in terminis athen. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. retuli auctores hoc tenentes ibidem, nu. 23. & inter eos Porcium dicentem, quod haec opin. Ultramontani communiter imitari sunt. Et inquit Angel. consil. 160. col. 2. quod quando contractus est ipso iure nullus, non potest firmari iuramento; quia dicitur impossibilis confirmatio, nisi praesupponatur aliquid subiectum confirmabile, vt probatur in cap. auditis, de elect. & in cap. prudentiam, vbi ita dicit Innocent. de officio deleg. sequuntur plurimi relati per Roland. a Valle consil. 7. num. 39. & sequentibus lib. 3. & consil. 60. num. 76. lib. 4. & vtrouque refert Socin. Iun. dicentem, quod licet in practica ista opinio non sit multum tuta, quia multi tenent oppositum, tamen restringendo eam, quando contractus esset omnino inualidus de iure communi, videtur quod de iure procedat eamque appellat magis communem. Ergo cum l. Julia prohibeat alienationem fundi dotalis, vt per totum ff. de fund. dotal. merito quod iuramentum mulieris non confirmet ipsius alienationem. Si ergo non confirmat, non excludetur mulier saltem impetrata absolute a iuramento a petitione rerum suarum cum dotali augmento.

Quod etiam procedit, si teneamus opinionem Porcii in §. extraneis. Institut. de hered. qualis. & differentia, nu. 11. quae habet; Quod iuramentum non firmet contractum inualidum, nec etiam contractum validum reuocabiliter, firmet irrevocabiliter, sed ipsum iuramentum tantum sit seruandum, & contractus remaneat in sua inualiditate vel validitate reuocabili. Quam opinio elegantibus comprobatur fundamentis; & praecipue ex text. in c. cum contingat, de iureiur. qui in nostris terminis loquitur, dum inquit, iuramentum seruari, non vero eo confirmari contractum, & ex text. in c. significante, de pign. & in c. debitoris, de iureiur. & probauit latius in re petitione d. athenica sacramenta puberum, num. 24. & 25. vbi retuli Cuman. huius opin. auctorem, & eam sequutos fuisse Fabrum, lafon. & alios relatos per Doct. Couar. in cap. quomodo pactum, de pact. in 6. secunda parte, §. 1.